

EPIGRAMMA.

Incerti Auctoris in laudem operis.

QVIVIS Peyrinæ mellissua scripta reuoluens,
Laudibus eximijs semper in astra ferat.
En liber egregius Lectoris pectora mulcens,
In quo cardo piæ Religionis inest,
Perdocet hic valeat quo pacto subdere mentem
Subditus, & vanas spernere possi opes,
Hic etiam impuræ Veneris quo castra domare,
Et minimus lautas resipuit vnde dapes,
Exculti tandem libri si iussa sequetur
Christicola, ad Cælum quamcitò pandet iter;

R.P.F. F R A N C I S C I
A Mineo in laudem Operis.

A N A G R A M M A.

L A V R E N T I V S D E P E Y R I N I S
E N L E N I I T P R A E S I D I S A V R A .

LVCIFERI insidijs Protoplastum æquore culpa
Demersum, in portum transtulit A V R A D c i .

Cens. 3.

Arcana vt Daniel recludat somnia Regum,
Edocet igniuomi forniciis A V R A leuis.

Dan. 3.

Vt Zelans vngat Reges, sacretq; Prophetas,
Per tenuem sonitum leniter A V R A monet.

3. Reg. 19.

Rectam, qua tertam Psaltes pertingere possit,
Expectitur precibus Spiritus A V R A boni.

Psal. 143.

Eximiam nauem recturis, flante sub A V R A

Act. 2.

Ipsemet admonitus Spiritus almus adest,
Numen adest A V R A , sed linguis insimul ardet.

Ibid.

Rustica consumens, & noua corda creans,
Terret vt ignipotens præcordia Discipulorum,

Ezech. 30.

Iucundum forem leniter A V R A mouet.

Illustrat mentes radiantis luminis instar,
Nec minus affectum purgat, amore replens.

Vtrumq; Auctoris celeberrima scripta imitantur,
Inde docendo mouent, hincq; mouendo docent.

Solue igitur Præsul solertis carbasa mentis;

Spirans E N L E N I I T P R A E S I D I S A V R A leuis.

P.F.FRAN-